



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Religio nudis pedibus templa intrandi apud varias gentes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

hoc Dei mandato apud Hebraeos circa loca sacra religio manavit, ut ea calceatum intrare ducerent nefas. Quæ ratio etiam alias gentes permovit.

## F.

**M**agna apud veteres fuit, atque etiam hodie apud multos populos erga loca sacra & Deorum delubra religio est atque cultus, quæ nudos pedes exigere olim putarunt, & etiam nunc existimant. Vetus temporibus & etiam nostris apud multas nationes pia culum habebatur & grande nefas, templorum pavimenta calceato pede calcasse. Usurpatum fuisse morem hunc à variis gentibus, quæ solebant calceos exuere, cum fana ingrederentur, Justinus Martyr narrat. Quod à Græcis sæpius factum ex Callimacho & Valerio Flacco discimus. Apud Creten ses, qui Dianam religiosissime venerabantur *Ædem numinis*, præter quam nudus vestigia, nullus licite ingrediebatur, ut Solinus refert. Apud Romanos, ædes Vestæ Deæ nudis

Justin,  
Apol. 2.  
Callim.  
Hym. in  
Cerer.  
Valer. Flac.  
lib. 2.  
Solin. c. 17.  
Ovid. Fast.  
lib. 6.

L 7 pedi-

254 De CALCEIS HEBRAOR.

Drus. ad  
Ios. 5.

Roger. de  
Rit. &  
Relig.  
Bram. lib.  
2; c. 10.

Misna in  
Massech.  
Berach.  
cap. 9.

pedibus matronę adibant, ut ex Ovidio scimus. Turcas Moscheas suas non intrare, nisi calceamenta exuerint, jam dudum ex Bartholomæo Giorgiometz, observavit Johannes Drusius. Quod ipsum narrant, qui illas terras diligenter Iustrarunt, Georgius Douza, Adamus Olearius, Petrus della Valle. Legatus Christianorum Aethiopum apud Damianum Goensem de patriis moribusloquens: *Nobis*, inquit, *non datur potestas templum adeundi, nisi nudis pedibus.* Indorum Bramanes Templa sua, quae Pagoda vocant, non intrare nisi calceis detractis, apud Rogerium legimus.

II. Apud Hebraeos veteres summa quoque fuit erga loca sacra, & in primis Templum, religio, quod cum calceis ingredi vetitum fuit. Cautum fuisse, ut qui loca sacra, atque adeo templum, intrare vellent, essent discalceati, docet Misna in Massecheth Berachoth: *לא יכנס להר הבניהם במקלו ובמנעליו ונפונרכו ובאבק שעל רגליו ולא יעשה קפנדראיה ווקיקת Nemo intrabit mon-*tem templi cum baculo suo, aut cal-

ceo